**ARCHIVIO GENERALIZIO - Sezione Storica**

Chierici Regolari Somaschi

BIOGRAFIE C.R.S.

n. 125

Curia Generalizia - Roma

125

**P. BELLINI CARLO** + 4 VI 1678

di Cremona. Professò in Cremona il 19 VII 1637.

Nel 1650 é m aestro in lettere ai novizi nella Trinità di Venezia.
Dal 1659 a. é viceprepoſito nel collegio di Padova, dove figura presente per diversi anni. Vi era parroco. Nella visita pastorale del Vescovo Gregrio Barbarigo dell'anno 1665 leggiamo queste prescrizioni:

1) quod sedulo incumbatur perscrutando animarum statu: sciat enim se a Deo earumdem pastorem constitutum esse, eiusque fidei etdiligentiae doctrinam Christianam enixe commendavit, utque nullo umquam tempore adultorum praetermittatur exercitium.

2) eiusdem pastoris praecipua cura est, ut ii adolescentes qui ad Euch. Sacr. sunt initiandi perfectissimae in vera tam sanctae et spiritualis alimoniae cognitione, devotione et amore erudiantur.

3) Sistat ( prout etiam eius muneris est ) festis praecipue diebus in confessionali ad excipiendas fidelium confessiones, atque ita sedulo fidelem populum hortetur ad frequentem Sacramentorum perceptionem.

4) Summa animi sollicitudine atque pietate parochus hortetur omnes et singulos ad pia legata ( prout iuris est ) persolvenda.

5) Omnia quae ad sacrosanctum missae sacrificium peragendum sunt necessaria curet parochus, ut semper nitida atque integra sint prout tantum decet ministerium, idque in ecclesia et altaribus servetur, prout etiam a sinodalibus Constit. praecipitur. Quas quidem sinodales Constit. omnibus et singulis ecclesiasticis, eisdem de iure, aut alias quomodolibet colligatis in omnibus et per omnia servandas proposuit, et mandat, donec etc

Haec ecclesia parochialis gubernatur et regitur per RR. Patres Som. Congr. qui praesentant Ill.mo et R.mo Ordinario pat. R. Curatum eiusdem Congr.is sacerdotem suo exercitio curae animarum, qui est amovibilis, et ab eodem Antistite examinatur et approbatur.

Ad praesens curatus existit R.P.D. Carolus Bellini eiusdem Congr.is qui ostendit facultatem d. curae animarum exercendae.

Sub hac ecclesia sunt animae de comunione....

In ea singulis diebus dominicis docetur dictrina Xtiana